Διασύρω. μ. υρῶ. σ. υρκα. detraho, carpo, conuicior. Item distraho, ægre traho, ut ἐκδιασύρω in Hippocr. ὅταν προχαλῶσι ὀλιγάκις, καὶ ἐκδιασύρῃ, Quũ membris distractis agitatur, ut ranæ innatantes. Bud. ibidem.

Διασυστῆσαι. constituere, instituere.

Διασφαγὴ. ῆς. ἡ. interscissio, diuortium.

Διασφάλαξ. γος. ὁ. aliàs διάσφαλξ. distantia loci, interuallũ, locus inter duas rupes profundus.

Διασφαλίζομαι. fortifico.

Διασφενδονέω. μ. ήσω. π. κα. torqueo tali supplicio quale describit Plutarch. in Alexand. διεσφενδόνησε ὀρθίων σφενδονίων εἰς ταυτὸ καμφθέντων, ἑκατέρῳ μέρος προσαρτήσας τοῦ σώματος, εἶτα μεθεὶς ἑκάτερον ὡς ὥρμητο φερόμενον τὸ προσῆκον αὐτῷ μέρος νεῖμαι.

Διασφόρος. peruersus, strabo, διάστροφος.

Διασχηματίζω. formam inducere, formare, figurare. Lucian. in Cauc. πεπλάσθαι μὲν ἔχειν ἄλλον δέ τινα, καὶ μὴ τοιοῦτον διεσχηματίσθαι τὸν τρόπον.

Διασχίζω. μ. ίσω. σ. ικα. scindo. Accus.

Διασχὼν. distans, procedens, διελθών.

Διασώζομαι. tueor, seruo.

Διασώζω. μ. ώσω. σ. ωκα. saluo, seruo. Gaza, αὐθεντίαν εἰς ἓν ἑαυτὸ διασώζω. Cicero, Tenebat authoritatem in suos.

Διαταγὴ. ῆς. ἡ. dispositio, διάθεσις.

Διάταγμα. ατος. τὸ. edictum magistratus.

Διάταξις. ιος. ἡ. constitutio, ordinatio, uel edictũ principis, descriptio & ordo.

Διαταράττομαι. percellor, cõmouecor, perturbor.

Lucian. τίς ἐκ αὖ διεταράχθη.

Διάτασις. contentio, uocis & uirium ebtentio: Aristot. τὰς δ' διατάσεις τῶν παίδων, & ἐλάττους ἐκ ὀρθῶς ἀποθεραπεύσειν.

Διατάττομαι. &

Διατάττω. μ. άξω. π. ακα. constituo, ordino, impero, edico, duco exercitum, describo, decurio, in decurias distinguo, πρὸ διατάττω, digero & compono in ordines. Vnde προϊόντες διατεταγμένοι, ordine composito incedentes, uel in stationibus & uigilijs dispositi. Accu. Bud. Com.

Διατοῦτο. propterea.

Διαταφρεύω. fossa dirimo, διασκάπτω.

Διαταχέως. aduerb. statim, citò.

Διατείνομαι. inuehor, cõtendo, nitor uehementer, obnixè contendo, ut διατείνομαι τὰ κάλλιστα πρᾶξαι. Huic opponitur τὸ ἀποῤῥᾳθυμῶ. Item διαβεβαιοῦμαι, asseuero, affirmo. Item intento, καὶ προτείνομαι. Xenoph. διατεινάμενοι οἱ μὲν τὰ ἀριστερὰ, οἱ δὲ τὰ δόξα. Bud. Com.

Διατείνω. μ. ενῶ. π. ακα. addo, protendo, extendo, distendo, dispendo, continuò loquor, λέγω διαῤῥήδην. Et pertineo, id est διήκω ἢ διήκομαι. Aristot. ἡ ἐφ' ὅλον διὴν διατείνουσα ἡ θεωρία, Etiam pertinet ac pertendit beatitudo. Actiu. accus. Bud ibidem.

Διατειχίζω. μ. ίσω. π. κα. diuido, sepio, arceo. Accus. iung.

Διατείχισμα. ατ☉. τὸ. interfectus murus, arx.

Διατεκμαίρομαι. στοχάζομαι, σημειοῦμαι. conijcio, significo.

Διατελέω. μ. έσω. π. εκα. perficio, compleo, perseuero, permaneo. Quando perseuero significat, neutrum absol. est, aliàs uerò actiu. & accu. iungitur, ut τὸν βίον διατελῶ, uitam traduco. Iunctum autem cum participijs aliorum uerborum, uacare ferè uidetur in oratione, quantum ad significationem, ut διατελῶ ποιῶν, αὐτὸ τοῦτο ποιῶ. Sic quod Cicero dixit, Nec enim excursione uteretur, Gaza transtulit, οὐδὲ γὰρ ἐκδρομαῖς χρώμενος ἂν διατέλοι. Διατέλει τοῖς λόγοις ἐμφιλοσοφῶν, Literis assiduam operam nauare perge. Bud. Com.

Διατέλες. continuè, assiduè.

Διατέμνω. diuello, discindo, διαπράω.

Διατεσαίνω. exicco, ξηραίνω.

Διατεταμένος ὁ. distentus.

Διατετραινίζω. perforares, apud Herod.

Διατετριφώς, pro διατετρίφας.

Διατεύω. diuido.

Διατιλάω. λυγίζεσθαι.

Διατηρέω. μ. ήσω. π. κα. conseruo. Accus.

Διατήρησις. ιος ἡ. conseruatio.

Διατιτρῶ. perforo, torno. unde διάτητρον, foratile, pertusum, tornatile, uel torno factum. Alij διάτρητον & διατρέω, pro eodem dicunt.

Διατί. cur.

Διατίθεμαι. bene aut secus de re aliquâ statuo utorq;. Isocr. in Panath. & Gregor. καὶ τὴν φυγαδείαν ὡς κάλλιστα διατίθεται, De exilio suo cõmodissime statuit, calamitatem in bonum commodissime uertit. Dicitur hoc etiã εὐτίθεσθαι. Item testor, aut testamento meo aliquid mando hæredibus, Demosth. Item uenalia expono, uendo, Demosth. Item paciscor. Aristophan. ἢ μὴ διαθῶνται διαθήκην ἐμοί, Nisi mihi stipulanti promittant. Διατίθεμαι πρὸς τοῦτο Animum ad hoc impello. Bud. Com.

Διατεθειμένος. affectus, animatus, dispositus.

Διατίθημι. μ. ήσω. π. κα. afficio, uexo Demosth. ἴσε γὰρ διάπου δή πρόπον ὀρχομενίους διέθηκε, Quibus incommodis affecerit Orchomenios quomodo uexarit. Item dispono, præparo, καθίστω, οἰκονομῶ, constituo, compono. Item τὸ ἀποτελῶ καὶ ἀπεργάζομαι, efficio, reddo. Demost. τοὺς ἅπαντας ἀπίστους πρὸς ἡμᾶς διαθῶμεν, An omnes infidos nobis reddemus? Bud. Com.

Διατίμησις. ιος ἡ. æstimatio.

Διατιμητικόν. iudicatorium, quod iudicãdi uim habet.

Διατινθάλεος. α. ὁ. calidus, ardens.

Διατιτρῶ pertundo, torno: ficut διατητρῶ, & διατρέω.

Διατλάω. perfero, patior.

Διατμάγω. μ. άξω. incido, diuido. Accus.

Διατμήγω. μ. ήξω. π. γκα. diuido, scindo. Accus.

Διατοιχεῖν. in hoc atque illud latus nauis iactari, ut intempestate fieri solet.

Διάτονος. α. ὁ. uehemens, extentus, ὀξύτονος. Item διάτονοι. οἱ. lapides qui perpetua crassitudine utraq; parte religando, parietum soliditatem confirmant. Hos Vitruuius frontanos appellat.

Διάτορον. α. τὸ. magnum in uoce. παρὰ τὸ θρῶ, τὸ σαφηνίζω.

Διάτορος. α ὁ, ἡ penetrans.

Διατραυμίς ὁ, ἡ. depygis, qui attritas habet nates. τραυμὶς γὰρ τὰ ἰσχία.

Διατρανῶ. διαφαίνω, declaro, explano.

Διατραχηλίζομαι. præcipitor.

Διατρέπομαι. ἀλγύνομαι, quod etiam ἀντρέπομαι dicitur. Est etiã oculos auertere & aspicere, uel nolle, uel non posse. Bud. Com.

Διατρέπω. arceo, dissuadeo, ut ἀποτρέπω: uel potius ad erubescentiã deduco, erubescere cogo. Herodian. διέτρεπε πρὸς ὀλίγον τὸ μεθύσιον, Conatus eius repressit præ pudore, & impetus ad uoluptates cõsectandas aliò deflexit, pudore iniecto deterruit. Bud. ibidem.

Διατρέχειν. percurrere, transilire, διαθεῖν.

Διατρέω. μ. ήσω. π. κα. perforo. Actiu. Accus.

Διάτρητον & τρητόν. τὸ. perforatile, pertusum, tornati-

tornatile aut torno factum. à uerbis διατροντῶ & τροκτῶ. Vnde διάτροκτοι calices cælati, tornatiles, quæ toreumata uocantur Latinis.

Διατριβή.ῆς.ἡ. conuersatio. Lucian. in Cal. ἡδεῖά τις ἦν ἡ διατριβή, Iucundissima quædam erat uita. Item exercitiũ, exercitatio, studium, σχολή, consilium, disputatio, collatio, congressus. Pro loco disputationis & exercitij, siue auditorio, apud Gæl. lib. 1. cap. 16. & li. 10. ca. 5. Item cõmoratio, immoratio, mora. Lucian. τὸ μὲν πολλῷ ἔχει τῶν διατριβῶν.

Διατρίβω.μ.ίψω.ψ.ιφα. conuersor, moror, distineo, distringo, distraho, attraho, differo, impedio, ueto. Etym. item per aliquid siue in aliquo me exerceo, uersor, laboro, operã impendo. Plato identidem pro exercere, atque in literis disputare utitur. Bud. Com.

Διατρίμματα μηρῶν. femorum intertrigines.

Διάτριχα τῶν τριχῶν appellat Hom. in Catalogo, quasi capilli studiosam.

Διάτριχα tripliciter. τρίχα, τριχῶς, τριχθᾶ.

Διατροπή.ῆς.ἡ. apparatus, mutatio.

Διατροφή.ῆς.ἡ. alimentum.

Διατρύγια. loca inter uites quæ seruntur, uel ubi iam maturuerint uuæ.

Διατρύγιος. frugifer.

Διαττᾶν. cribrare, σήθειν. & διάττου, cribrum.

Διάττω. ruo, cum impetu percurro, item mordeo. Etym. dein prosilio, huc illucq; desilio, & emico, quod διάττεσθαι quasi raptim elidi Plato in Craty. dixit. Aristot. de Mundo, διατ' ἔμφασιν μὲν εἶναι δοκεῖ, καὶ ῥάβδοι, καὶ πίθοι καῦται καὶ ὑποστάσιν δὲ οὐδεμίαν ἔχειν, διὰ τοῦτο καὶ διάττοντες, διὰ κομῆται. id est, Eorum quæ in aëre apparent speciem quidem tantum exhibent arcus cœlestes, & uirgulæ, aliaq; huiusce modi naturæ uerò subsistentiam habent fulgores cœlestes, & quos emicantes uocamus, & crinitæ stellæ. Sic etiam in problem. ἀστέρας διάττοντας dixit pro traiectionibus ignium. Bud. Com.

Διατυπόω.μ.ώσω.ψ.ωκα. disponо, ordino, constituo, instituo, cõfirmo, informo, animo concipio & fingo. Accus.

Διατύπωσις.εως.ἡ. formatio, descriptio, informatio, statutum. Diatyposis (inquit Rhoma. Aquila de figuris) est descriptio uel deformatio, ubi rebus delectis, personarum & formas ipsas, & habitus describimus & exprimimus.

Διατύς. fugiẽs. διατύς τῶν δίκλων, pœnas euadẽs.

Διαυγάω. splendeo, illustro.

Διαυγασμός ὁ ὁ &

Διαύγασμα.ας.ἡ. &

Διαυγία.ας.ἡ effulgentia, pellucentia, splendor.

Διαυγής.ἐος.ὁ,ἡ pellucidus, lympidus. Lucian. de fonte, διαυγής τε ὄν καὶ ἀπὸ καθαρᾶς ἀναβλύζει.

Διαυλακίζω. peraro.

Διαύλιον, uel διαύλιον. ὀ. τὸ. dicebatur, cum in scena tacentibus omnibus solus intus caneret tibicen. Cæl. lib. 5. cap. 26.

Διαυλία.ἡ. duorum concentus.

Διαυλίζω. produco, profunda facio, augeo.

Διαυλοδρομεῖν. est cum ad calcẽ peruenieris, rursus ad carceres cursu redire. Bud. Com.

Διαυλοδρόμοι. sunt qui cursum circensem peragunt, id est διαύλιον, qui cũ ad metam peruenerant, flectentes eò rursus recurrebant, unde cursum inierant. Bud in Annot. Com.

Δίαυλος.ου.ὁ. cursus reciprocus, cursus duplex, obeundi scilicet stadium ac mox redeundi. Vitruuius lib. 5. In palæstris peristylia quadrata siue oblonga ita sunt facienda, uti duorum stadiorum habeant ambulationis circuitionem, quam Græci uocant δίαυλον. Item spatium duorum & mille pedũ in longitudinẽ. Eustath. δίαυλος, inquit, ὁ διατεταγμένον εἰς δύθυτον σχῆμα ὁπωσοῦν τὸ στάδιον. Aristot. interpres eo nomine intelligit locum, qui duo continet stadia, aut mensuram cubitorum ducentorum. Bud. ibidem.

Διαυλωνία. locorum angustiæ & fauces, in quibus coturnices, aliæq; aues illaqueantur. Bud. ibidem.

Διαυλωνίζειν. per angustum fluere, uentũ utrinque excipere, perflare. Bud. ibidem.

Διαυχενίζεσθαι. sublata ceruice esse.

Διαφάγω. peredo, comedo.

Διαφαίνομαι. perluceo.

Διαφαίνω.μ.ανῶ. interlúceo, transluceo, pelluceo. Lucian. καὶ μήπω διαφαίνῃ τὰ ἐλπίδος. Spe melius euenit. Neutrum.

Διαφανεία.ας.ἡ. perspicuitas.

Διαφανῆ.τὰ. uestes quæ fœminam denudant, ut bombycinæ.

Διαφανής.ἐος ὁ,ἡ. transparens, perspicuus, pellucidus, insignis, alios antecellens. Sic etiam lapis quidam uocatur, quod transluceat, de quo Lucian. in Pseud.

Διάφανον. quid sit, explicat Gæl. lib. 8. cap. 22.

Διαφανῶς. ζαφῶς, apertè, manifestè, splendidè.

Διαφάσσειν. cauillari, διασπαίνειν.

Διαφέρομαι. dissideo, discordo, contendo, æmulus sum, altercor, ambigo, litigo. Διαφέρεσθαι ἑαυτῷ, non consentanea dicere, secum discrepare. Plutarch. διαφερόμενος ὑπὸ τοῦ λογισμοῦ, de homine dixit incerti propositi, & in diuersa impetum animi capiente. Ponitur etiam pro iactor, huc & illuc temerè feror, ut 21. cap. Act. Apostol. διαφερομένων ἡμῶν ἐν τῷ ἀδρίᾳ κατὰ μέσην τὴν νύκτα. Non dissimile est, Differri cupidinibus apud Plautum, & apud Terentiũ Differri doloribus. Est etiam dilabi, in diuersa digredi & abire. plut. in Cæs. καὶ πόλεις ἀνίστασθαι φυγῇ διαφερομένας. Bud. Com.

Διαφέροντα.τὰ.utiliora.

Διαφερόντως.egregiè,excellenter,ἐξαιρέτως,uehementer,maximè.

Διαφέρω excello, differo, ſum plurimi momẽti, præmineo. Lucian. ἀλλὰ φέρε ἴδωμεν, εἰ κατ' ὀλίγον σὲ διαφέρω, Sed age uideamus, num paruo interuallo te ſuperem. Etiam in malam partem. Iſocrat. Τοσοῦτον ἀνοίᾳ διήνεγκαν πάντων ἀνθρώπων, Vſqueadeò ſupra omnes homines amentia prædíti erant. Dicimus autem διαφέρειν τοῦ πανὸς, καὶ διαφέρειν ἀρετῇ, & ἐν ἀρετῇ. Item pro conducere, συμφέρειν. Herodian. li. 2. ὧν τὸ μὲν ἰδιοφελὲς, καὶ κοινῇ διαφέροντος, ὀλίγοις καθ' ἡμᾶς φροντίς, Nam quæ in populi cõmunemq; cedunt utilitatem, parum cuiq; curæ ſunt. Idem paulò poſt pro ferre, φέρειν uſurpat, ἐπιστάμενοί τε ὀλίγα λέγεσθαι τὸ πλῆθος δυσὶ τὰ πεπραγμένα, Sciẽtes multitudinem id facinus indigne laturam. Sic διαφέρειν ψῆφον apud Iſocrat. & Plutarch. pro ferre ſuffragium & ſententiam. Sophocl. pro ἐκκομίζειν, efferre poſuit. Item διαφέρει pro diſcrepat, intereſt, ut Matth. 12. πόσῳ οὖν διαφέρει ἄνθρωπος προβάτου. quod Valla ad uerbum transferri poſſe putat, Quantũ intereſt ſiue differt homo oue, quemadmodum apud Terent. Stulto intelligens quid intereſt? Eſt etiam, ut διατίθεμαι, in diuerſas partes ferre, & importare. Item ὑπομένω, tolerare, perferre, Pauſan. Item in diuerſum ferre, & uarie agitare. Plutar. de Cæſaris nece, διαφέρειν τὴν διάνοιαν τὸ σῶμα, καὶ μετεωρίζειν. Item animo uerſare aliquid agitareq; cogitando. Plutar. καὶ πολλὰ μὲν αὐτὸς ἐν ἑαυτῷ διήνεγκε. Διαφέρει μοι τοῦτο, hoc intereſt mea, hoc ad me pertinet. Quod etiam cum genitiuo dicitur, διαφέρει μοι τούτου. Inde διαφέρειν, ἐπιτηδείως ἔχειν, ut ὁ ἀνὴρ διαφέρει τοῖς φίλοις προνοεῖσθαι καὶ τῶν διαφερόντων αὐτοῖς, Vir bonus ſolet proſpicere etiam neceſſitudine coniunctis. Item διαφέρει, refert, id eſt ad rem pertinet. Sic Plinius de cædenda materia, Infinitum refert lunaris ratio, nec niſi à uiceſima in triceſimam cædi uolunt. Significat etiam refert, id eſt uarium & diuerſum eſt, quod etiam παραλλάττει dicitur. Theophraſt. διαφέρει δὲ καὶ τὰ κατὰ τοὺς ἀέρας ἕκαστα, Refert autem qua quidque ſementi ſatum ſit. Bud. Com.

Διαφεύγω.diffugio.

Διαφευκτικός.fugax.

Διαφήγω.cohibeo.

Διαφῆκε.dimiſit.

Διαφημίζω.μ.ίσω.σ.ικα, diuulgo, diffamo.

Διαφθείρω.μ. διαφθερῶ.μέσος σ. διέφθορα. corrumpo, contamino, labefacio, uitio, deſtruo: ut διαφθείρειν τὴν κόρην, ſtuprare & uitiare, διαπαρθενεύειν, & λιμῷ διαφθείρεσθαι, fame cõtabeſcere. Item perdo, trucido, conficio, interficio. Plutar. in Apop. συμβαλὼν ἐκράτησε καὶ διέφθειρε νικήσας. Vide διέφθαρται. in Amm.

Διαφθορᾶς.ἄς.ἡ probrum, ſtuprum, de quo Bud. in Annot. poſt. corruptio, mors, inimicitia.

Διαφθορὰν δύμεν Θ.ν.ὁ.diſcerptus.

Διαφίημι.dimitto.

Διαφιλοτιμεῖσθαι.contendo, & magno ſtudio conor quippiam efficere. Bud. Com.

Διάφλυσιβ Θ.perturbatus, tempeſtuoſus.

Διαφοιτᾶν.percrebreſcere, increbreſcere, celebrem fieri. Διεφοίτησεν ἡ φήμη, fama increbruit, dimanauit, permanauit.

Διαφορα.τὰ.impenſæ, ſumptus, ἀναλώματα.

Διαφορὰ.ᾶς.ἡ.differentia, diſcrimen, diſſidium, lis, contentio, μάχη. De differentia dialectico rum uide Porphyr. in prædicabilibus, & Ariſtotelem in Topicis. Eſt etiam Diaphora, figura orationis apud P. Rutilium Lupum, cum uerbum alio ſenſu iteratur quàm prius dictũ eſt, ut: Mulierem quid potius dicam aut uerius quàm mulierem.

Διαφορέω.diſtraho, diuello, perdo.

Διαφόρημα.ludicrum, παίγνιον.

Διαφορητικά. medicamenta diſcuſſoria, aluum ſubducentia & leuigãtia. Cælius libro decimo quarto, capite 62.

Διαφορητικὴ.ῆς.ἡ.uis diſcuſſoria.

Διαφορητικός.οῦ.ὁ. diſcutiens, diſcutiendi uim habens.

Διάφορος.α.ὁ.ἡ. præcipuus, præſtans. Gaza, οὐδεὶς διαφορώτερος τῶν ὁσίων ἦν, Nemo pietate præſtantior. Idem ἐχθρὸς, diuerſus, diſſentiens diſſidens. Demoſthen. οὐδὲ τῇ δημαρχίᾳ διάφορος ἐγενόμην. Item διάφορον πρᾶγμα, res controuerſa. Et διάφορον, quod inter ſcribentes non conuenit. Pauſ. Bud. Com.

Διαφορότης.ητος.ἡ. pro διαφορᾷ dixit Plato.

Διαφοροῦμαι. immodico ſudore exhaurior, reſoluor. Eſt etiam compilor & ſpolior, ut διαφορουμένη χώρα, direpta, deprædata. Budæus Comment.

Διαφορῶ.digero, diſcutio, diſpergo.

Διαφόρως.multifariàm.

Διάφραγμα.ατος.τὸ.quicquid in aliqua re medium eſt, uelut eſt narium interſeptum: unde & membrana illa quæ parietis inſtar, cor & pulmonem à iecinore & liene diſtinguit, hoc appellatur nomine. Celſus uocat ſeptum trãſuerſum, alij præcordia, id eſt φρενίτιδα, & poëtæ πραπίδα, teſte Euſtathio. Itẽ περίζωμα, quod Gaza cinctum uertit. Hippocrat. & Galenus φρένας. Cæl. lib. 2. cap. 53.

Διαφράττω.obſtruo.

Διαφραγνυμι.obſtruo.

Διαφράττω.obſtruo. obſepio, ſepio, interſepio, diſtinguo.

Διαφυκτοῦν ſortiri, ſorte diuidere. Et διάφυκτος

τ Θ, sors, λλῆρ Θ. nam φρυκτὸς fabam significat, quibus in sortibus & suffragijs utebantur. Etymol.

Διαφρῶ. perfero, διακομίζω, accessum & exitum præbeo. ἔρχεται οἷον διαπροῶ. uide Etym.

Διαφυάς. ἀδ Θ. ἡ. ruina, scissura, διάφυσις. Et διαφῦσαι, διελεῖν.

Διαφυγγάνω. delitesco, perfugio. Thucydid. Διεφυγγανον ἐκ τ διακασηρίων, absoluebantur.

Διαφυγετῶν. præter spem euadere.

Διαφυγή. ῆς. ἡ effugium.

Διαφυλάττω. μ. ἄξω. τ. αχα. custodio, tueor. Accusatiuo.

Διαφυλλή. diuisio.

Διάφυσις. ι Θ. ἡ diuisio, res intercurrens, & discriminans.

Διαφύσσω. exhaurio, separo.

Διαφύω. μ. ύσω. τ. υκα. inhæreo.

Διαφωνέω. μ. ήσω. π. ηκα. dissono. Neut.

Διαφώνησις. declamatio.

Διαφωνία. ας. ἡ. dissensio, discordia.

Διάφων Θ. ὁ. dissentiens.

Διαφωτίζω. μ. ίσω. π. ικα. illumino, reuelo, in lucem effero. Accus. iung.

Διαχαλάω. μ. άσω. π. ακα. resoluo, dissipo. Accus.

Διαχαράττω. μ. άξω. τ. χα. exaro, insculpo. Accus.

Διαχάσκω. dehisco.

Διαχείρησις. dispensatio, administratio.

Διαχθείζομαι. τὸ φονεύω, interficio, manibus uio lentis occido, cædo. Bud. Com.

Διαχθείζω. tracto, in manibus habeo, administro, rego, gero. Item occido. Bud. ibidem.

Διαχειροπάμων Θ. ὁ. occidens.

Διαχειροτονῶν. est duarum rerum propositarum disceptationem constituere atq; dijudicare in concilio aut concione, ubi multitudo est censentium: siue per manuũ sublationem scisscere, sicut διαψηφίζω calculis in hydram cõiectis, Bud. Com.

Διαχθροδονία. est dijudicatio, & διάκρισις ἣ ὑπὸ πλήθει γιγνομένης χειροτονίας. Διαχθροτονίαν διδόναι, ut Demosth. uel ψῆφον ἀναδιδόναι, ut Plut. dicitur pro eo quod est, populum in suffragia mittere, hoc est rogationem: uel rem de qua consulitur, populi suffragijs permittere. Bud. ibidem.

Διαχέομαι. letor, exhilaro, frontem exporrigo ac lætitia perfundo: cui opponitur συνέλλομαι. Sic Cic. in Læl. Vt ex bonis amici quasi diffundatur, & in commodis contrahatur.

Διαχέω. diffundo, negligo, decanto. Accus.

Διαχθάομαι. μ. ήσομαι. τ. ησμαι. interficio, obtrunco, supplicijs afficio. Accusatiuo. Budæus Comment.

Διαχθός. tepidus.

Διαχθόω. μ. ώσω. π. ωκα. tingo. Accus.

Διάχθυσος. ος. ὁ, ἡ. deauratus.

Διαχύομαι. τὸ διαχθομαι. διαχυθεὶς τὸ πρόσωπω, id est hilari fronte, exporrecto, Plutar. Et διαχυθῶσιν, exhilararentur, Lucian.

Διάχυσις. ι Θ. ἡ. diffusio, effusio.

Διαχυλικός. οῦ. ὁ. prodigus, dissipandi naturam habens.

Διαχυλόω. commouco, dilato, humecto, eluo.

Διαχωρεῶμ. peregrinari.

Διαχώρημα. ἄθος. τὸ. intercapedo, excrementum. Strab. ιδ.

Διαχωρίζω. μ. ίσω. τ. ικα. separo. Accus.

Διαχώρισις. ι Θ. ἡ. delectio alui.

Διαχωρισμός. δ. separatio.

Διάχωροι. τὰ διαστήματα τῶμ λόχων, insidiarum interualla.

Διαψάιρω. perflo. Est etiam distraho, dissolutus sum, diffluo. item quietus sum, ut Euripides Etym.

Διαψᾶμ. perfodere, διορύττειμ, διασκαλεύειμ.

Διάψαλμα. ατ Θ. τὸ. diapsalma, rythmi commutatio, uicissitudo canendi. Alij commutationem metri, alij pausationem spiritus, alij alterius sensus exordium, alij rythmi distinctionẽ, alij uero cuiusdã musicæ uarietatis silentium dixerunt esse. D. Hieronymus in Epistola ad Marcellum, cuius initium, Quæ acceperis.

Διαψεύδομαι. frustror.

Διαψηφίζομαι. ψηφοφορεῶμ ἐν διασκηρίοις. Bud. Comment.

Διαψήφισις, proprie dicebatur ἀξέτασις τῶμ πολιτῶμ κατ δήμους γιγνομένη, hoc est recognitio, recensioq; ciuium populatim tributimq; citatorum, ob id instituta, ut obreptitij ciues, ac falso in ciuitatem adscripti, tribu ac populo mouerentur. Dicitur tamen etiam suffragiorũ disquisitio & latio, in quacunque re & controuersia singulatim facta. Διαψήφισιμ διδόναι, disquisitionem uocare. Bud. Com.

Διαψύχω. reficio, refrigero.

Δίβαφα, & δίβαφ Θ. ου. ὁ, ἡ. purpura bis tincta. ἀπὸ δὶς & βάπτω. Hęc maximi erat impẽdij, utpote quæ in libras denarijs mille non poterat emi. Magistratus utebatur hæc in prętexta, quorum primus fuit Lentulus Spinter ædilis. Lepidissimẽ me Cicero ad Cęliũ scribens, Curtius (inquit) noster δίβαφον cogitat, sed cum infector moratur: significare uolens, Curtium hominem nihili ad magistratum obtinendum applicare animum. Vide Bayfium de re uest. & in Chiliad. Strumam dibapho.

Δίβολ Θ χλαίνη. læna duplex.

Δίβροχ Θ. bis madefactus, aut intinctus.

Διγαμία. secundæ nuptiæ.

Διγνώης. qui est mento bipartito.

Δίγλωσ Θ. ὁ. qui duras callet linguas.

Δίγνωμ Θ. inconstantis animi.

Διγόνια. ας. ἡ. partus geminatio.

Δίγονος μάλλης. lorum geminũ, apud Sophocl. uide Etym.

Διδαγμα.ατος.τὸ. doctrina.

Διδακτικός.ἡ.ὁ. habilis, idoneus, aptus, appositus ad docendum, docibilis.

Διδακτός.ἡ.ὁ. docilis.

Διδάκτρου.τ.τὸ. precium docendi. Latinè Minerual munus, aut Minerual.

Δίδακτυλος. duorum digitorum.

Διδασκαλεῖου.τ.τὸ. locus docendi, ludus literarius.

Διδασκαλία.ας.ἡ. doctrina, adhortatio.

Διδασκάμια.τὰ. διδάκτρα, Minerualia. Plutarch.

Διδασκαλικός.ἡ.ὁ.ἡ. peritus docendi, qui ualet arte docendi.

Διδάσκαλος.τ.ὁ.ἡ. magister, doctor, præceptor. Proprie uolunt esse λόγων, quemadmodum ὠδικὸς ἔργων, ut inquit Ammonius, quales fuerunt Comici, siue tragici, dithyrambici, & mystici. Thucyd. pro autore alicuius rei posuit.

Διδάσκομαι. docendum loco uel mando, instituendum curo. Est autem τὸ διδασκάλου καὶ καθηγεμόνος διδάσκειν, τὸ δὲ παιδὸς τὸ διδάσκεσθαι, hoc est in ludum literarium mittere, ac docendum curare. Ammon. scribit esse διδάσκω per se, διδάσκεσθαι per alium. Gaza, quod Cic. dixit disco & addisco, per διδάσκεσθαι transtulit. Bud. Com.

Διδάσκω.μ.άξω.π.αχα.ἀόρ.α.ἐδίδαξα, ἀπὸ τοῦ διδάχω. doceo, præcipio, planum facio. διδάσκειν τὴν λωμῳδίαν καὶ τραγῳδίαν, ἢ δρᾶμα, Comœdiam & tragœdiam, aut fabulam agere, δραματουργεῖν. Sic Cic. dixit docere fabulam, pro ædere seu agere fabulam. Hinc λωμῳδιδάσκαλοι, poëtæ dicti, & τραγῳδιδάσκαλοι, & ὀρχηστοδιδάσκαλοι. Bud. ibidem. διδάξω & διδάξομαι, item ἐδίδαξε & ἐδιδάξατο apud Ammonium distinguuntur.

Διδαχή.ῆς.ἡ. doctrina.

Δίδημι. δεδεμένω. Vnde δίδη, ligabat, pro ἔδει, ἐδίδη.

Διδόω.μ.ώσω.π.ωκα. do. Διδόναι τὸν ὅρκον, deferre iusiurandum. Διδόναι εὐθύνας sic dicũt, ut δίκην διδόναι, id est pœnam pendere, & rationem reddere. Διδόναι πίστιν καὶ πίστις, est iurare & fidem dare, quod etiam πίστιν διδόναι significat. Iocer. pro fidẽ facere dixit, & documenta dare, quod & πίστιν ποιεῖν dicitur. Διδόναι λόγῳ, memoriæ prodere, scribere. Διδόναι λόγους, sermones serere, & rumores in uulgus disseminare. Διδόναι λόγον, item dare uices loquendi & percunctandi, & uicissim respondere percunctanti. Bud. Com.

Δίδρ. pro δίδωμι.

Διδράσκω.ὐ διαδιδράσκω.μ.άσω.π.ακα.ἀόρ.ς. ἀ. δι-έδρα. fugio.

Δίδραχμον.τ.τὸ. numus duas drachmas cõtinẽs.

Διδυματόκος.τ.ἡ. geminos enixa.

Διδυμάων.ονος.ὁ. gemellus, frater germanus, uterinus, Iliad. ε.

Δίδυμον ξύλον. furca, Suidæ.

Δίδυμος.τ.ὁ. geminus, dubius. Item panniculus duplici sinu testiculos continens, mutuũ eorum contactum cohibens, ne si oblædatur alter, in alterum quoq; transeat uitium. Item δίδυμοι, uno partu nati, proprie coniunctis connexisq; corporib. διδυμάονες uerò diuaricatis seiunctisq;, de quo Cæl. lib. 2. cap. 55. Alij διδύμους seminaria uasa interpretantur, alij testes, seu testiculos, cliterinos, coleos. unde illud apud Græcos: Didymon tibicen in adulterio deprehensus, ἐκ τοῦ ὀνόματος ἐκρεμάσθη, hoc est ἐκ τῶν διδύμων, hoc est testibus.

Διδυμότης.ητος.ἡ. geminatio.

Διδυμοτοκέω. geminos pario.

Διδυμοτοκία.ἡ. geminorum generatio.

Δίδωμι.μ.ώσω.π.ωκα. do, concedo, permitto, trado, communico. Accus.

Διεβίωσαν. ad extremum uixerunt.

Διεγγυᾶν, & διεγγυᾶσθαι. sponsione & fideiussione aliquem liberare. Interdum idem significat quod simplex uerbum, cum quis se rem præstaturum promittit, & effectum iri suo periculo recipit. Bud. Com.

Διεγγύησις. fideiussoris interceßio. Interdum simpliciter τῆς πράγματος ἀναδοχή, cum rem te præstaturum promittis. Bud. ibidem.

Διεγείρω.μ.ερῶ.π.κα. suscito, facio surgere. Accusatiuo.

Διεγερτικός.ἡ.ὁ. concitatiuus.

Διέγνωκα. dijudicaui.

Διέδεξε. cordi fuit.

Διεδήλωσε. manifestauit.

Διεδρία.ἡ. dißidium in augurum disciplina. ut Gaza reddit ex Aristotele.

Διέδριον.τ.τὸ. sellula.

Διέδριος.ον. perspicuus. διαυγής.ες.

Διεζευγμένον. disiunctũ figura est orationis cum plura uerba aut nomina sine coniunctionibus efferũtur. Eadẽ opinor asyntheton uocatur. Apud Iul. Rufinianum uidetur erratũ esse à libra rijs, cum eisdem nominibus diezeugmenon & epizeugmenon. id est, disiunctum uel iniunctum, ut ipse interpretatur, diuersæ figuræ nominentur: in quarum altera duo aut plura, singula cum suis uerbis enunciat: altera unũ uerbum pluribus colis communicat: sed in hoc conueniunt, quod utraq; copulis caret. Posteriorem ἀθροϊσμὸν quoq; uocari docet, si in postremo sit pars orationis, quæ duo aut plura membra coniungat. His figuris si coniunctiones addas ζεῦγμα & ἐπιζεύγματα fient.

Διεζωσμένοι.οἱ. bracchati.

Διεβρόδ. tumultuabatur.

Διεγ. αὐτὸ τοῦ διΐβι.

Διεδ ῆναι pernoscere.

Διειδ ής. ές ⊖. nitidus, liquidus, clarus, apertus, manifestus.

Διειλισ ής. ᾶς ⊖. ὁ. colum.

Διεξαπατᾶσαι. decipere.

Διέαμι. διέξειμι, prosequor. Itē narro, percenseo, progredior. Præsens huius accipitur in significatione futuri.

Διέξις. interuallum, διάστασις.

Διέπορ. uulgaui.

Διέργω. μ. ἕρξω. π. ἦρχα. prohibeo, diduco, dirimo, interscpio, dispesco. Διέργειν τὸν ἀγῶνα, ἢ τὴν ἀμφισβήτησιν, dirimere controuersiam.

Διέρω. interrogo.

Διερέω. μ. ήσω. ἐρρηκα. eleuo, διαγγέλλω.

Διέρομαι. inquiro, dico.

Διέρω. traijcio. καὶ διεῖρα αὐτὶ τοῦ ἐπρόνησα.

Διερωνεύ ω ⊖. α. ὁ. inhospitalis, simulatē hospitalitatem exercens, per simulationes & ironiam fallens hospitem. Comici hac appellatione dedecorosa fœdant Spartanos. Cælius libro 10. cap. 5.

Διεῶθα. pertransire.

Διεστήκ. in seditione erat.

Διεκβάλλω. per medium emitto, traijcio.

Διεκβολή. διος ⊖, eruptio, & exitus per locum angustum & interseptum.

Διεκδικεῖν. persequi, iniuriam alicui illatam ulciscj, frequenter tueri. Vnde διεκδικεῖν τὰς αὐτῶν οὐσίας, asserere, uendicare. Et διεκδικῶν ἑαυτὸν ἀκοντίῳ, telo se defendens.

Διεκδρομή. ῆς. excursus.

Διέκλυσις. ambages, fugæ, & strophæ tergiuersationum.

Διεκθεῖναι. διεκπίεσιν.

Διεκπαίω. μ. αίσω. ᾶσα. intercido.

Διεκπεραίνω. absoluere rem institutam, & cœptum prosequi ad ultimum.

Διεκπέρω. transmitto.

Διεκπερδικίσαι. effugere, decipere.

Διεκπίπτω. per medium elabor, & euado. Capitur etiam pro intercido.

Διεκπλεῖν. per mediā hostiū classem erumpere.

Διέκπλο ⊖. ου. ὁ. transitus, uertibilis, aptus in nauali pugna, eruptio per mediam hostium classem.

Διεκπνοή. ῆς. ἡ. spiraculum.

Διεκπορεύομαι. progredior.

Διεκτέμνω. disseco.

Διεκφεύγω. clàm subterfugio.

Διεκφύγω. euado.

Διελασία. decursio militaris, αὐθιππασία.

Διελαύνω. μ. άσω. π. ακα. transfigo, decurro in armis. Accus.

Διελέγχομαι. μ. ξομαι. χ. εγμαι. conuincor in

causa, reus fio, in mutuam uenio redargutionem.

Διελέγχω. refello, confuto.

Διελεημοσυνολογῶμ. ὁ. captans misericordiam.

Διελήλυθα. transegi, percurro.

Διελῆφθαι. diuersa esse.

Διελθεῖν. transigere, percurrere.

Διελκυσίνδα. ἡ. ludus puerorum, cum duæ inter se diuisæ partes, alter alteram nauibus iunctis ad se retrahere contendit.

Διελκύω. μ. ύσω. π. υκα. distraho. Accus.

Διέλω. effringo, aperio.

Διέμαι. uoce passiua significationē habet sui actiui δίνημι. madefacio, perfundo, percolo, de quo Bud. Com. Significat etiam aliquādo persequi, παρὰ τὸ δίω, διώκω.

Διεμπολᾶν. coëmere, mercari.

Διεμφαίνω. relucere. Lucian. ὀφθαλμὸν πολύγογγυν, καὶ ὄνθεον διεμφαίνοντα.

Διεναυφραγῶν, τὸ διῆν μωρίαν.

Διενέγκας. præstans.

Διενεγκεῖν. differre.

Διενιαυτίζω. totum annum alicui rei incumbo, immoror.

Διενιάτους ἔτους. per nouennium.

Δίεννος. pro δίετής. bimus.

Διερώτημα. ατος. τὸ. quæstio, ἐρώτημα.

Διερῶντες. permittentes, διιέντες.

Διεξάγω. tempero, rego, moneo.

Διεξαπίνω. raptim emico, & erumpo.

Διεξέρχομαι. narro, transcurro, cōmemoro, edisserο, explico, confabulor, pronuncio.

Διεξελαύνω. cum copijs & exercitu perrumpo, & transeo per medium, copias & exercitum duco. Significat etiam post uictoriam fugientes hostes prosequor, & uictis instο. Accus.

Διεξελύσω. dissoluo.

Διεξελῶσι. percurrēt, incursationibus uastabūt.

Διεξερέομαι. interrogo, διερωτάω.

Διεξέρχομαι. narro, percurro, recenseo, prosequor, interficio, perrumpo, pergo, ad finē usq; prosequor. Διελθεῖν τοῦ λόγου, est oratione prosequi & enarrare, explicareq;, in quo significatur copiosa narratio. Depon. accus.

Διεξιάς, pro διεξιών. perrumpens, irrumpens.

Διεξίημι. percurro, conficio, narro. Accus.

Διεξιτέον. exponendum est.

Διεξοδικός. ὴ. ὸν. latus, spaciosus, fusus, plenus.

Διεξοδικώτερο ⊖. α. ὸν. latior, λεπτομερέστερο ⊖.

Διέξοδο ⊖. ου. ὁ. decursus, trānitus. Aristot. de Mundo, διέξοδος τῶν πλανητῶν appellat cursus lunæ, & aliarum errantium, quasi permeationes. Item reputatio, mentis reuolutio, recitatio, & enarratio fusa.

Διεπαθρώθυσε. διέφθειρε, stuprauit.

Διεπεῖν. conuenire.

Διέπω. dispenso, guberno, curo, rego. Vnde οἱ

ὑπατοι ἀρχὴν δίπτυχοι, consules. Item manifesto.

Δίπρα. margines, ripæ fluuiorum.

Διεργάζομαι. μ. άσομαι. π. ασμαι. destruo, conficio, occido, subigo. Item elaboro, paro. Depo. accus.

Διερείδω. suffulcio, firmo, στηρίζω, ἀσφαλίζω.

Διερεθίζω. irrito, excito.

Διερείσω. traijcio, scindo, commoueo.

Διερευνάομαι. μ. άσομαι. π. ασμαι. perscrutor. ζητάζω. Depon. accus.

Διερευνηταί οἱ. perscrutatores.

Διερμηνεύω. interpretor, σαφηνίζω.

Διερός. ά. ὸν. humidus, recens, splendidus.

Διεφθορώς. dirutus, corruptus.

Διερυθρός. ά. rubro distinctus.

Διερύκω. μ. ύξω. π. ηχα. prohibeo, separo, dormio, interpello. Accus.

Διέρχομαι. intercedo, occido, cedo, prætereo.

Διερωτάω. μ. ήσω. π. ηκα. interrogo. Accus.

Διέσις. perfusio, madefactio, percolatio. Est etiã uerbum musicum. significat enim cum sonus primum sensu percipi potest, principiumq; est musicis & elementum, ut punctum & monas arithmeticis. Aristot. μετὰ τὰ φυσ. 9. Bud. Cõ.

Διεσπερλωμένη. effutita.

Διεστώς. in seditione erat.

Διετείνάμην. asserui, asseueraui, διαβεβαιοῦμαι ἔπ).

Διετές. εος. τὸ. bimatus, spacium duorũ annorũ.

Διετής. ἐος. ὁ, ἡ. bimus, qui duos annos natus est.

Διετήσιος. α. ὸν. anno durans.

Διετία. ας. ἡ. biennium.

Διετίζω. bimatum compleo, uiuo in toto anno.

Διετμαγμένα. diuisi sunt. παρὰ τὸ τμήγω.

Διευθετῶ. compono, digero, concinno, suo unũ quodq; loco colloco, boni consulo.

Διευθύνω. μ. υνῶ. dirigo, guberno, corrigo. Acc.

Διευθυντής. οῦ. ὁ. gubernator.

Διευκρινέω. dijudico.

Διευκρίνησις. εως. ἡ. discretio, dilucidatio.

Διευκρίνω. μ. ινῶ. π. ικα. benè discerno. Accus.

Διευλαβέομαι. cauco, uito, tempero.

Διευρίνω. dilato, inhio.

Διευφορέω. uireis habeo.

Διευτυχέω. prosperè rem gero.

Διέφθορα. ὸς. decoctus.

Διεφύγγανον ἐκ τῶν δικαστηρίων. absoluebantur.

Διεφυρόν. interiecto tempore.

Διεχής. ὁ. ἡ. diuisus, duarum partium.

Δι' ἐχθρας γενήσομαι, apud Aristopha. pro ἐχθρὸς ἔσομαι.

Διέχω. μ. ξω. π. ηχα. diuido. transigo, præsto, disto, cedo, pateo.

Διεωθοῦντο. repudiabant.

Δίζεμαι. &

Δίζημαι. &

Δίζημι. quæro. Accus.

Δίζομαι. ψηλαφῶ, attrecto, palpo. Accus.

Δίζω. μ. ίσω. π. ικα. dubito, curo, exploro.

Δικηγόρομαι. μ. ήσομαι. π. ημαι. narro, enarro, expono, interpretor. Accus.

Δικήμα. ατος. τὸ. &

Δικήσις. ιος. ἡ. narratio. Sunt qui uolunt δίκησιν sicut ποῆσιν, quæ poësis, prolixius rem absoluit, δίκημα uerò sicut poëma, quod breuius ac succinctius, teste Ammonio. Sed hoc quoq; ab ἔκφρασις differt. nam δίκημα nouã habet rerum expositionem, ἔκφρασις autẽ ferè oculis audientium etiam subijcit. Illud item καθ' ὅλα ζητάζει, id est uniuersum inquirit, sicut Athenienses à Lacedæmonijs esse bellatũ: ἔκφρασις autem per parteis, uti quo genere belli, quibusq; machinarum tormentis.

Δικηγορημένον. τὸ. ignoratum.

Δικθῆται. elicitur.

Δικθέω. μ. ήσω. π. ηκα. &

Δικθύω. μ. ήσω. π. ηκα. stillo, colo, transcolo, transmitto.

Δικθυσις. ιος. ἡ. perstillatio, colatio.

Δικνέω. tendo, peruado.

Δικλαγμένα. τὰ. uaria.

Δικμερῆσαι. totum diem aliquid facere. &

Δικμερύω. μ. ύσω. π. υκα. diurno. Neutrum absol.

Δίκνημι. amouco, insequor. Item aspergo, perfundo, madefacio.

Δικωκής. ἐος. ὁ, ἡ. continuus, longus.

Δικωκῶς. continuè.

Δικωθισμένος. α. ὸν. florens.

Δικωκήκαι. peregisse.

Δικώω. uel δικόω. uasto, deuasto, depopulor.

Δικπάτλωται. decepti sunt.

Δικπέλεα. minabatur.

Δικῆρε. detraxit.

Δικρόν. τὸ. cœnaculum, scala.

Δίκρης. εος. ἡ. biremis, quæ binis remis agitur, δίκροτον. Suid. δίκροτον πλοῖον, Bayfius de Re nauali.

Δικρῶσται, pro διαιρῶσται, apud Plato. & Aristote. Bud. Com.

Δίκτας. secutus est.

Δικχῶ. quidam Aristotelici interpretes uocant, qua strepitus ad auditũ prouehitur, quasi personiam dixeris. Cæl. lib. 8. cap. 25.

Δικχῦν. ῦσα. personans.

Δίβαλος. α. ὸν. cui uictus geminus.

Διβάλασσος. οῦ. ὁ, ἡ. bimaris, qui utrinque mari alluitur.

Δίβυ. ος. ἡ. oliua maior.

Διβυμία. ας. ἡ. dissidium, dissensio.

Διθύραμβος. α. ὁ. metri genus in honorem Bacchi decantari solitum. Item cognomẽ Bacchi. παρὰ τὸ δύο θύρας βλῶσαι, quòd bis natus duas ueluti ianuas penetrarit. Vide in Chiliadibus

prouer-

prouerbia: Dithyrambus non est, aquam si bibat. &, Dithyramborum poëtis insanior, & Λυθίραμβος inferius in lexico.

Διθυραμβώδης. dithyrambium tumorem oratione spirans.

Δίθυρος. ὁ, ἡ. duplex, δίπτυχος, biualuus.

Διί. Ioui.

Διιόντων. simul euntium.

Διιθυντήρ. ὁ. gubernator, διϊθύτης.

Διιθύω. dirigo, guberno, rego.

Διίημι, ἀπό & ἵημι. transmitto. Xenoph. καὶ δι' ὧν ἔπεμψε τὸ στράτευμα διὰ τῆς χώρας, id est διεκπεραῦσαι ἐπέτρεψε, διαφῆκε. Sic Theodo. 6. de Caus. & Aristot. de Animal. 3. Item dimitto, ἀφίημι, ἀπαλλάττω. Plut. in Demet. Διίημι uero ἀπό & ἵημι, uado, discurro. Item ἀναγινώσκω, narro, commemoro, orationem habeo. Bud. Com.

Διικνέομαι. μ. ἵξομαι. ω. ιγμαι. pertranseo, transigo.

Διϊκός. Ioualis.

Διιπετής. ἐος. ὁ, ἡ. fluens à Ioue, uel ex imbre procedēs, rapidus. Homerus διιπετέας uocat fluuios, non torrenteis solum, uerum etiam omnia flumina, quoniam imbribus aquæ pluuiæ omnia complentur.

Διιπόλια. τὰ. festum Athenis priscum, dictum quòd in eo Ioui πολιῷ sacrificaretur. Hinc δι πολιώδη apud Aristophanem pro priscis, & obsoletis.

Διιππασία. equestre certamen.

Διίσαμαι. passiua uoce, dirimor, dissideo. Homerus Iliad. ἀ, ἧχι δὴ τὰ πρῶτα διαιχθὼ ἐρίσαντε. Item diuisus sum, diremptus, distractusq;. Plutarchus ὡς δὲ αὖθις ὁ δῆμος διέσχη, Postquam autem turba plebeia ei per medium uiam fecit. Bud. Com.

Διΐστημι. μ. ήσω. ω. ηκα. distinguo, separo, in diuersas parteis loco, dispono. Item discrepo, differo. Aristote. διΐστηκε μὲν ὅλως πῶς ἄλληλα τό τε θῆλυ καὶ τὸ ἄῤῥεν, Natura diuersa sunt. Item dissocio, dirimo, ad dissidium impello, seditionem concito. Διιστάναι τὴν ἡμέραν, dirimere tempus. Bud. ibidem.

Διισχύω, κρείττων δίειμι. superior sum uiribus. Genit.

Διισχυρίζομαι. καὶ

Διισχυρίζω. μ. ίσω. π. ικα. affirmo, asseuero, fortifico. Accus.

Δικάζεσθαι. ciuili & priuato iure agere, lites agere, contendere, certare, ambigere, ut Cice. loquitur, hoc est ἐγκαλεῖν, in ius uocare. Lucian. ὡς ἐπὶ μισθῷ τοῦ μαθητὴ δικαζόμενος, De mercede discipulum in ius uocans. Δικάζομαί σοι, μετὰ σοῦ διαιρήσομαι. Bud. Com.

Δικάζω. μ. άσω. π. ακα. & in infinitiuo δικᾶν, Herodoto. iudico causam, quæstionem ago.

Δίκαια. oppidum Thraciæ.

Δικαιαρχία. ας. ἡ. Puteoli urbs.

Δικαιόδοσία. idonea causa.

Δικαιοδότης. ὁ. iuris dator, iustitiam exhibens. Qui recturus prouinciam mittitur, is uicem principis obtinet, sub eo est is qui δικαιοδότης dicitur, id est iura reddens, & iurisdictionem habens. Bud. in Annot.

Δικαιοκρισία. ἡ. iustum, rectum iudicium.

Δικαιολογεῖν. declamare.

Δικαιολογεῖσθαι. iura sua allegare; & in iure disceptare, parteis suas defendere, quod caussificari Plaut. dixit. Cic etiã causari & proferre. Quintil. & Iurisc. allegare appellant, hoc est προτείνεσθαι, προϊσχεῖσθαι, & πρόφασιν ἔχεσθαι & προφέρειν. hæc enim omnia ferè de eodem dicuntur. Accipitur & pro ἀμφισβητεῖν, & δικάζεσθαι, cõtendere, litigare. Athenæ. ἐδικαιολογεῖτο πρός με, Mecũ amicè expostulabat, quòd iniuriam ei intulissem. In pandect. τὰ δικαιολογηθέντα dicũtur, quæ utrinq; disceptata sunt à litigatoribus. Bud. in Annot. & Com.

Δικαιολογία. est causæ suæ defensio, iuris sui in mediũ prolatio, iudicialis caussificatio, quod pro causæ firmamento dici potest. Dicæologia apud P. Rutilium Lupum, est cum æquitatem causæ quam maxime breui sententia complectimur.

Δικαιολογικός. iuridicialis.

Δικαιολογούμενος. ὁ. uocans in ius.

Δικάιομαι. multor.

Δίκαιον. dici putant Grammatici, quia δίχα δοῦναι, id est quia duatim (ut sic dicã) & diuisim fiat, tanquam dicamus δίχαιον, hoc est bifariam, diuisum uel diuidens, ueluti quod totũ aliquod diuidat in parteis æquales. Alij παρὰ τὸ δύω ἔχειν, quod δίχα parteis secernat duas. Δίκαιον ἔχειν, ius suum obtinere. Δίκαιον προβάλλεσθαι, iure se tueri. Δίκαια δύο προβάλλεσθαι, uel προτείνεσθαι, duplici se iure tueri. Τῶν δικαίων ἀφίεσθαι τῶν ἑαυτοῦ, De iure suo discedere. Bud. in Annot. & Com.

Δικαιοπολίται. ciues Dicæi.

Δικαιοπραγεῖν. &

Δικαιοπραγεῖν. iuste agere. Bud. Com.

Δίκαιος. ου. ὁ. iustus. Aliquando dicitur non ob unam illam uirtutem, quæ prima est inter moraleis, hoc est δικαιοσύνην, sed ob absolutam omnibus numeris probitatem. Sic Aristot. in Ethi. dicit δικαιοσύνην uirtutem in se complecti omnem, ut δίκαιος idem sit, quod bonus & probus. Vnde & sacræ literæ ἀδικίαν pro quouis utuntur peccato. Item uerus, ut apud Sophocl. δίκαιος γόνος, pro uero: quod imitantur & Latini. Cice. in Sallust. Quem honorem ita egit, ut nihil non æquum atq; uerum duxerit, quod ei facere collibuisset. Significat etiam idem quod ἄξιος, ut δίκαιος ἐγκωμίων τυγχάνειν, αὐτὶ τοῦ ἄξιος, dignus laude: & δίκαιος ἐστ

λωλγάς, dignus qui pereat. Bud. in Annot.

Δικαιοσύνη.ης. ἡ. iustitia. Hymnus in eam extat apud Orpheum.

Δικαιόω.μ ώσω.ωκα. iustum puto, iustifico, iudico, censeo. Actiu. accus.

Δικαίωσις.ιος. ἡ iustificatio.

Δικαιωτήριον.ε.τὸ. locus iudicij, forum.

Δικανικός.οῦ. ὁ. iudicialis. περὶ τὰς δίκας διατριβων.

Δικανόω. iudico.

Δικάρηνος.ε.ὁ,ἡ. biceps.

Δικαρπεῖν. bis fructum ferre.

Δικαρπος.ε ὁ ἡ biferus. Strabo, τινὲς δ' αὐτῶν καὶ δίκαρπον ἔχουσι τὴν γῆν.

Δικαστολιας.ας ἡ iustitia.

Δικάστολος.ε ὁ qui uersatur in iudicio, iudex.

Δικαστήριον.ε.τὸ. forum iudiciale, tribunale, iudicium, iurisdictio. Lucia. δικαστήρια pro ipsis iudicibus usurpat. Δικαστήριον τινὶ καθίζειν, accusare. Bud. Com.

Δικαστής.ε ὁ iudex, litium diremptor. Dictum uolunt à diuisione, quasi δίχαστης, ueluti qui totũ aliquod diuidat in partes æquales. Cæl. lib. 12. cap. 48. Dicitur à διαστατὴς, uide in Ammonio.

Δικαστικὸν.τὸ. dicebatur merces quę iudicibus dabatur pro opera iudicandis controuersijs impensa, hoc est sportulæ iudiciales, sportularia pecunia. Bud. in Annot. post.

Δικαστικὸς iuridicialis, ὠδῖνήμων δίκης.

Δικεῖν. iacere, βάλλειν, ῥίπτειν.

Δικελισμός. dicebantur apud Lacones, qui comicos lusus obibant. Cæl. lib. 3. cap. 31.

Δικελλα.ης.ἡ. ligo, onis.

Δικελλίτης qui ligone utitur, fossor.

Δικέρως & Δίκορως.ω.ὁ,ἡ bicornis.

Δικέφαλος.ε ὁ biceps.

Δίκη.ης.ἡ. causa quæ apud iudicem agitur, iudicium, pœna, lis, publica actio, ius, ritus, modus. A poetis dea fingitur esse iudiciorum, inde dicta quòd lites & contentiones dirimat. Hanc uirginem credi scribit Proclus, quoniã dicasticum genus deceat esse καθαρὸν, id est integrum purumq;. Hesiodus, ἡ δ' ἐτι παρθένος ἦν Δίκη Διὸς ἐκγεγαῶτα, Virgo iustitia est prognata Ioue. Eustath. δίκη & θέμις idem esse putat. Cæl. lib. 12. cap. 48. & Bud. in Annot. Hymnus eius extat apud Orpheum.

Δίκη αὐάδικος. iudicium reuocatum & irritum, iudicium nullum, ut loquuntur Iurisconsulti.

Δίκη βλάβης. actio damni dati, quę est ex lege Aquilia contra eum qui damnum intulit.

Δίκη εὐθεῖα. controuersia recta, quod Principale nunc homines forenses dicunt.

Δίκη κακηγορίας &

Δίκη κακηγορίων iniuriarum actio.

Δίκη πρόδικος. præiudicium.

Δίκην εἰσάγειν intẽdere actionem in iudicio, experiri. Cicero pro Quint. Si quid in controuersiam ueniret, intra parietes aut summo iure experiretur. Dicitur etiam ἀγωνίζεσθαι. Et πάλιν εἰσάγειν τὴν δίκην, Latini actionem restituere dicunt.

Δίκην ἔλαβε. dicunt Attici tam de accusatore, quàm de reo. Sic Vergil. 4. Aen. Pœnas inimico à fratre recepi. Et 2. Iamdudum sumite pœnas. Priscian. lib. 18.

Δίκην ἐπάγειν. est litem, uel crimen, uel dicã impingere. Demosth. ἀμφικτυονικὰς δίκας ἐπάγοντές μοι.

Δίκην ἔχειν. accusari.

Δίκην λαγχάνω. dicto iudicium, appello, actionem dicto, dicam impingo, ædo iudicium & actionem, quod etiam subscribere iudicium dicitur. Demosth. ἡνίκ' ἐμὲ δεῖν, πρώτας δίκας ἔλαχον τῶν πατρώων τοῖς ἐπιτρόποις μειρακύλλιον ὄντα, Cum primum tutelæ experiri cum tutoribus meis cœpissem adhuc adolescẽtulus existens. In causis etiam capitalibus significat postulare & accusare. Ad uerbum sonat, sortiri iudicium. Sorte enim cognoscẽdarum causarum diem capiebant, authore Seruio in id Vergil. Aen. 6. Nec uerò hæ sine sorte datæ. Cice. in Verr. actio 3. Dicas sortiturum dixit, pro sortitione causam cogniturum.

Δίκην τῆς ἐπιτροπῆς εἰληχώς. actionem tutelæ intendens.

Δίκην φεύγειν. crimen deprecari.

Δίκην ὤφλε μεγάλην. magnę multę dãnatus est.

Δίκην. instar, per ἔκλειψιν τοῦ κατά, quasi dicas secundum ritum, in modum. Sic Salust. Cum domos atq; uillas uideas in modum urbium ædificatas. Genit. iung. ut καθάπερ δίκην. Priscia. lib. 18.

Δικηλισμοὶ.οῦ. δικηλίσται, irrisores, imitatores. Athenæ. lib. 14. & Cæl. lib. 6. cap. 38.

Δίκηλον. imago, μίμημα, εἴκασμα. quasi δι' εἴκηλον. Cæl. ibidem.

Δικίδιον.ε.τὸ. iustitia, diminutiuè.

Δικλιδὸς. utrinq; clausus, θύρης. ὡς δύναται ἡ κάτω μέρος κεκλεισμένη αὐτοῖσι, Hippocr.

Δικλὶς.ίδος.ἡ ualua, bifores, δίθυρος.

Δικόλογος.ε ὁ. orator, in causa aduocatus.

Δικόνδυλος. duos monteis habens.

Δικορράφειν. causas consarcinare, ex iudicijs cõpendium quærere.

Δικορράφος.ε.ὁ rabula.

Δικόρυμβος.ε.ὁ. biceps.

Δικόρυφοι quibus duplex est in capite uertex, biuertices, duos uerticeis habentes.

Δικότυλος.ε.ὁ qui geminis acetabulis seriem habet ordinatam.

Δίκορος ὁ,ἡ. &

Δικραὶς. τὸ biceps.

Δικρᾶιρα cauda Tritonis.

Δικρανον. ϑ. ὁ fuscina, triuium.

Δικρανόω aperio.

Δικροα sinus gemini.

Δικρο ϑ. ὁ. bifidus, bifurcatus.

Δικροος ϑ. ὁ utrinq; fimbriatus.

Δίκροτορ. ϑ. τὸ. biremis. δίκροτος ναῦς quæ & δίκρης, uide Bayfium de re nauali. Vsus est hoc uocabulo & Cic. ad Atti. 16. Nam & ipse Domitius bona habet plane dicrota. Et Hirtius, Capit ex eo prælio pentiremem unam, triremes duas, dicrota octo. Est & pulsus hoc nomine apud medicos, à percussu geminato sic dictus.

Δικταμον. τὸ. dictamum herba.

Δικτατυρδύω dictaturam exerceo, dictator sum.

Δικτατυρία. ἡ dictatura.

Δικτάτωρ dictator.

Δικτη. mons in Creta.

Δικτυ. υ ϑ. τὸ. &

Δικτυδὺς piscator, ἁλιδύς.

Δίκτυννα. ας ἡ Dianę cognomen. ἀπὸ τ δίκτύου. hoc item cognomine λεπτόμαρτιν deā appellant Cretenses, quòd Minos cum ob amorem hanc insequeretur, illa fugiens in retia capiendis demissa piscibus se præcipitem dederit.

Δίκτυον. ϑ. τὸ. rete. δίκτυα sunt maiores tantum plagæ.

Δικτυωτά. opera dicuntur, quæ nostri reticulata uocant, quasi cancellata, ut in structuris.

Δικτυωτός. ϑ. ὁ in modum retis distinctus, cancellatus.

Δικῦμα. τὰ. oues gemelliparæ.

Δικω. facio, uulnero.

Δικωλος. ὁ. bimembris.

Δικῶν ἀκ ὀσῶν, iustitium. μὴ οὔσα δὲ δίκη, iudicium nullum.

Δικωπία remigiū, scipha Luciano de quo Bayfi. de Re nau.

Δίλημμα ατος. dilemma, syllogismus cornutus, argumētum quod utrinq; aduersarium capit, syllogismus utrinq; uinciens & constringens, confessionemq; exprimens.

Δίλογ ϑ. ὁ bilinguis.

Δίλοχ ϑ. Dianæ, uel lunæ epith. uel quod uenatrix cum sit duplicem hastam ferat, uel à dupli cilumine, suo & solis.

Διλοχία. ας ἡ duplaris decuria, Gaza interprete.

Διμάχαι. οἱ equites qui utrūq; pro loci opportunitate peditis & equitis munere fungebantur.

Διμερὲς. τὸ. bipartitum.

Διμηλαύω labra moueo. nam μῆλα etiam labra uocantur.

Δίμηνος ϑ. ὁ bimestris.

Δινύκτιος. Dionysius.

Δίμιτρον. ϑ. τὸ. ligamen duplex.

Δισιρίκ. ας. ἡ diuisio in duo tantum: & manipulus militum, qui & ἡμιλοχία, cuius dux δίμιλιάρχης dicitur. ut habetur in Appendice de uocabulis militaribus.

Δίμοιρον. ϑ. dupla pars.

Δίμοιρος ϑ. bessis, Vitru.

Δισμοιρίον. τὸ. bes, pars assis.

Δίμυξος ϑ. ϑ. ὁ, ἡ. de lucerna duorum ellychniorū.

Δινέσκω. uerto.

Δινδύω. μ. δύσω. τ. δυκα. uerto, conuerto, Accus. iung. superius δ ἐνδύω per ξ scribitur.

Δινέω. μ. ήσω. π. ηκα. uoluo, uersor, uerto. Accus.

Δίνη. ης. ἡ. reuolutio aquarum, uertigo, uortex, gurges. Hinc ἀργυροδίνης, χρυσοδίνης, βαθυδίνης, fluminum epitheta. superius scribitur δ ἐναι per ε.

Δινήεις. ϝσα ϑ. ἡ. uorticibus plenus, mixtus, uarius, uersicolor.

Δινηθισμός. ϑ. ὁ. reuolutio, mixtio.

Δῖνος. ϑ. ὁ. aëris turbo. penanfractitur Cyrill. & uertigo, tornus, poculum.

Δινοχλέω. obturbare, molestum esse.

Δινόω. &

Δίνω. reuoluo, uersor, torno.

Δινώδης. ε ϑ. ὁ. ἡ uorticosus.

Δίνωρ. ωνος ϑ. Dino uir, Cyrill. penacuitur.

Δινωτός. ὸ. ὁ. uersatilis, rotundus, tornatilis.

Διξός. ὸ. ὁ bifarius. Vsitatius est, διχός.

Διό. ideò, propterea.

Διόκᾳ. itaq;.

Διόβλητος ὁ fulmine ictus.

Διογένης. ὁ Diogenes, penacuitur Cyrillo.

Διογενής. ἐς ϑ. ὁ, ἡ. oxytonum, generosus, εὐγενής.

Διόγνητος genitus à Ioue, generosus, uel cognitus Ioui. Syncopa est pro διογένητος ϑ.

Διοδεύω. μ. δύσω. π. δυκα. erumpo, transeo, traijcio διοδεύω τὴν ἰταλίαν, iter facio per Italiā. Accus. iung.

Διοδεύσιμος ϑ. ὁ peruius.

Διόδος. ὁ. ἡ transitus, aditus, biuium.

Διοίγω aperio. Actiu. accus.

Διοιδαίνω. &

Διοιδέομαι. μ. ήσομαι. π. ημαι. intumeo. Lucian. καὶ διῳδήκει ἐκ τῶν φαρμακωποσίας τὰ σκέλη. Atq; intumescunt exhausto ueneno crura.

Διοικέω. μ. ήσω. τ. ηκα. guberno, administro, dispono, ordino, tueor, tracto de re aliqua. Isocr. οὐδὲ ταπεινῶς διῴκηκε τὸν βίον. Neq; enim contemptè uitam instituit. Item seorsum habito. Accusat.

Διοίκησις. εως ὁ ἡ dispositio, dispensatio, administratio, gubernatio, iurisdictio.

Διοκητής. ὲ ὁ dispensator, procurator.

Διοικητικὴ ἡ. constitutrix.

Διοικίζω. μ. ίσω. π. ικα. incolas & habitantes dispergo, & facio habitare in diuersis partibus, ut οἱ λακεδαιμόνιοι τῆς χώρας διῳκισμένοι πολὺ

λιμ διώκισαν, ἵνα ἀδελφὴν γαμήσῃ, Aristot. Item dissocio, & dirimo coniunctionem, diuido, disgrego. Plato in Symp. νυνὶ ἡμᾶς τὴν ἀδρικίαν διωκίδημεν ὑπὸ τοῦ θεοῦ, Diuulsi sumus, & cõtubernium nostrum diremptum. Synes. εἰ διώκισα γράμμασι, Si diuisissem separatim scribẽdo. Bud. Com. Vide οἰκίζεται in Ammonio.

Διοίσιμ. infinitum à διαφέρω, uel à διοίσω. referre, differre.

Διολιδαίνω. labor. eris.

Διολκή. ῆς. ἡ. distractio.

Διόλου. copiosè.

Διολυφᾶν. diuellere, subsannare.

Διομαλίζω. μ. ίσω. π. ικα. sterno, demulceo, explano, æqualiter, planè me habeo.

Διομαλύνω μ. υνῶ. π. υκα. explano. Accus.

Διομήδειος α ὁ Diomedeus.

Διομήδεια. ας. ἡ. sententia Iouis. Est & auis Diomedea, cuius Aelianus meminit.

Διόμνυμι. μ. ύσω. π. υκα & διόμνυμαι. iuro, iurando affirmo, ὀμνύω. Est etiam abiuro, infitior, Demosth. Bud. Com.

Διομνῦς. ὁ. uir mulierosus.

Διομολογῆμαι. constituo, stabilio, ut οὐχ ὧδε διομολογησάμεθα; Nonne ita inter nos conuenit? Vnde διομολογημένα, certa, stabilita, iam non controuersa. Est etiam stipulor, paciscor, cõtendo à te hoc ut fateare, Platoni de Repub. li. 6. Vnde

Διομολογία. huiusmodi constitutio, atque προσδιορισμός. Bud. Com.

Διονῦς. muliebris, θῆλυς. Et diminutiuũ à διόνυσος. Et διονῦς, uestis muliebris.

Διονύσια. ίων. τὰ. Bacchanalia.

Διονυσιοκόλακες. assentatores Dionysij, aulici assentatores. Cæl. lib. 12. cap. 17. & Eras. in Chil.

Διονύσιον. ου. τὸ. hæderam aliqui uocant.

Διόνυσος. ου. ὁ. Bacchus. Cæl. lib. 4. cap. 14. Dionysij hymnus est apud Orpheum, & alius Dionysij Bassarei. Inferius etiam διώνυσος scribitur Atticè.

Διόνυχον. ου. τὸ. exactum, accuratum, ad unguem factum.

Διοπετές. ές. τὸ. dicitur quod à Ioue delapsum est, aut è cœlo uenerit. Olim opifices simulacrorum, quo maior esset superstitio uulgi, fingebant ea cœlitus delapsa, hoc est esse διοπετῆ. Herodian. lib. 1. αὐτὸ μὲν ἄγαλμα διοπετὲς, ὡς λέγουσιν. Et in Act. apostolorũ, ἡ μεγάλης ἀρτέμιδος καὶ τοῦ διοπετοῦς. quo loco subauditur ἀγάλματος. Homerus hoc cognomenti tribuit regibus, uelut à Ioue profectis. Composita autem dictio est à Ζεὺς, & πίπτω.

Διοπτεύω. dicitur, uel διοπτεύω. curam gero, prospicio.

Διόπτης. ου. ὁ. genus inauris.

Διοπομπεῦσθαι. purgari, lustrari. ἀπὸ καθαίρεσθαι

Διόπτης. ου. ὁ. dispensator, præfectus, rusticus. Itẽ curator nauis, nauis inspector custosq;. Aeschylus indicat reges & principes rectè hoc nomine appellari. ab ὁράω τὸ βλέπω. Alij deducũt ἀπὸ τοῦ διέπειν, id est ordinando. Cæl. lib. 1. cap. 24. & lib. 5. cap. 1. & lib. 7. cap. 9.

Διοπτεύω. μ. εύσω. π. υκα. uideo, considero, dispicio. Accus.

Διοπτήρ. ῆρος. ὁ. speculator, œconomus. Cæl. lib. 7. cap. 9.

Διόπτρα. instrumentum geometricum, per quod altitudinem, latitudinem, longitudinem uic, etiam è longinquo deprehendunt. Huiusmodi sunt instrumenta aquarum, dicata librationibus, ubi perducendæ ad mœnia sunt. Cæl. ibidem, & lib. 14. cap. 39.

Διοράω. despicio, perspicio. Accus.

Διοργάνωσις. apparatus.

Διοργίζομαι. irascor.

Διορθόω. μ. ώσω. π. ωκα. & διορθῶμαι. recte dispono, emendo, corrigo, res afflictas erigo, & repatrõ. Bud. Com. Vide Ammonium, qui distinguit ab ἐπανορθῶ.

Διόρθωσις. ιος. ἡ. correctio. Propriè quando quis lapsabundus quippiam apprehendit, quo se erigere potest. Bud. Com.

Διορθωτικός. emendatiuus.

Διορία. ας. ἡ. discrimen, dies præscriptus.

Διορίζομαι. &

Διορίζω. μ. ίσω. π. ικα. distinguo, discrimino, diuido, partior. Item explano, explico, Platoni. uel τοῦτό μοι σαφῶς διόρισον. Et Aristote. περὶ ὀργῆς διορισμόν. Et Isocra. δικαιότατον δὲ διορίζεσθαι περὶ τούτων, id est disserere, disceptare enucleare, disputare. Item affirmo. Alicarn. διορίζεται μαρτυρίαν ὑπὸ τοῦ πατρὸς ὑπόθεσιν εἰς διαθήκην γεγράφθαι, Apertè affirmat, certis uerbis testatur, expressè dicit. Vnde & διωρισμένον, idem quod ἀφωρισμένον, id est constitutum, statum, ut τίμημα διωρισμένον ὑπὸ τῶν νόμων, Aristot. census legitimus, legibus constitutus. Significat etiam designatum, certum, delectum & selectum, Aristot. 4. Polit. Budæus Com.

Διορισμός. οῦ. ὁ. distinctio, distincta rerum explicatio. Vide supra ἀφορισμός.

Διόροφος. duplici tecto, δίστεγος.

Διορρῆσθαι, uel διορᾶσθαι. serescere, hoc est in serum abire. alioquì serescere, hoc est in serum abire. Et serescere poetis quoq; pro serenum fieri siccariq; accipitur, à Dioscoride διορίζεσθαι dicitur. Bud. Com.

Διορυκτοί. effractores, τειχωρυχοί.

Διορύττω. μ. ύξω. π. υχα. fodio, id est cauo, effrin-

Διορχέομαι. persalto, ad finem salto. (go.

Διός. οῦ. ὁ. penanflexum. generosus, diuus, humidus, bonus. ῥ humido usitatius διερῷ dicetur.

Διός. τῷ. Iouis. oxytonum.

Διοσημεῖα. τὰ. monstra deorũ, prodigia, signa Iouis, & eorum quæ contingunt in aëre.

Διόσκουροι, uel Διοσκοροι. Castor & Pollux, quasi Διός, id est Iouis, κόροι, id est filij. Ambo Castores interdum uocãtur, cum alteri duntaxat id nominis fuerit. Cæl. lib. 10. cap. 6. Antiquitas credidit hos salutares esse nauigantibus, si simul apparerent. (apparent autem ignis specie malo aut antennæ insidentes) contrà duros, si singuli aut solitarij, cuius rei mentio fit in Actis, cap. ult.

Διόσκω. diligenter perspicio, corrumpo, animo deficio.

Διότι. &

